SECTIO XII.

DE

SALIBUS COMPOSITIS.

SAL APOPLECTICUM.

℞.	*Sem. Erucæ*	Lib. ij.
	Rad. Lilior. Convall.	
	Pyrethri	
	Caryophyllatæ	ana Lib. j.
	Cerasorum nigror. sylvest. exsic.	Lib. s.
	Bac. juniperi	
	Lauri	ana Unc. iij.
	Herb. Ivæ arthetic.	
	Majoranæ	
	Rorismarini	
	Origani	
	Hyssopi	
	Salviæ acut.	ana Unc. iij.
	Flor. Calendulæ	
	Lavendulæ	
	Primulæ veris	
	Betonicæ	ana Unc. ij.

Mixta in reverberio, indeque non modo vulgari secundum artem spagyricam, salem candidissimum crystallinum elicias, quod etiam in cæteris observare, & hic semel admonuisse sufficit.

Vires, Usus, Dosis.

IN Apoplexia & Paralysi, &c. Præsentaneum est medium: Humores enim discutiendo, & attenuando hominem excitat, totiusque corporis sensum ac motum

tum restituit. Dosis à Scr. s. ab Scr. j. & Drach. s. in vehiculis specificis.

SAL EPILEPTICUM.

℞.	*Rad. Palmæ Christi*	Lib. ij.
	Angelicæ	
	Pæoniæ	
	Pyrethri	ana Lib. j.
	Sem. Pæoniæ	
	Scob. Ling. Cupress.	
	Visci quercin.	ana Lib. s.
	Herb. Penthaphyll.	
	Mille folii	
	Rutæ hort.	
	Verbasci	
	Lavendulæ	
	Rerismarin.	
	Mors Gallin.	ana Unc. iiij.
	Flor. Primulæ veris	
	Stæchad. Arab.	
	Tiliæ	
	Pæoniæ	
	Sambuci	ana Unc. ij.

Mista calcinentur in reverberio; postea adde:

Ciner. Picarum junior.	
Hirundinum	
Sterc. Pavonis	ana Unc. j.

Et cum liquore appropriato f. l. a. Sal albissimum & crystallinum.

Vires, Vsus, Dosis.

EPilepticis, Vertiginosis, Lethargicis, Congelatis, Subethicis, & omnibus, Periculosos Capitis morbos, timentibus, singulari proprietate conducit. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in aq. flor. Tiliæ, vel in Epileptica nostra.

SAL CORDIALE.

℞.	*Rad. Caryophyllatæ*	
	Buglossæ	ana Lib. ij.
	Herb. Rorismarini	
	Salviæ	
	Melissæ	ana Lib. j.
	Sem. Ocymi Caryophyll.	
	Cort. Citri	ana Lib. s.
	Flor. Quinque Cordial.	
	Tunicæ	ana Unc.

Misc. & calcina in exactum cinerem, vase und firmiter clauso; Postea adde:

	Ciner: Cinamomi	Unc. i
	Caryophyllor.	
	Cardamom.	ana Unc. j
	Croci orient.	
	Macis	ana Drach

Et ex cineribus mixtis cum aq. Cordialibus ex sal pulcherrimum.

In Lypothymiâ, Syncope, cæterisque Cordis aff bus, Spiritus omnes recreando & fovendo, quam ximè valet. Dosis à Scr. s. ad Scr. plus minusvè i cordialibus.

SAL PECTORALE.

℞.	*Rad. Glycyrrhizæ*	Lib. ij
	Ireos flor.	
	Enulæ camp.	
	Althææ	ana Lib. j.
	Symphyt. maj.	
	Malvæ	ana Unc. ii
	Herb. Pulmonar. utriusque	

Ma

Marrubii
Hyssopi
Tussilaginis
Veronicæ
Hederæ ter.
Capill. Veneris
Scabiosæ ana Unc. iiij.
Sem. Fœniculi
Anisi ana Unc. iij.
Flor. Chamomillæ
Farfaræ
Jaceæ ana Unc. ij.

Ex mixtis & optimè calcinatis cum aq. pectoralibus sal splendissimum extrahatur.

Vires, Vsus, Dosis.

IN morbis pectoralibus valde prodest: Pituitam enim crassam, lentam, & viscosam in pulmonibus collectam attenuat, educit, pectusque dilatat atque abstergit. Insuper urinam provocat; nec non Renes & Ventriculi lacunas purgat. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in aq. pectoralibus vel aliis appropriatis vehiculis.

SAL STOMACHICUM.

℞. *Rad. Pimpinellæ* Lib. ij.
Calami aromat.
Zingib. alb. ana Lib. j.
Herb. Absinthii Pont.
Mente crisp.
Salviæ acut.
Rorismarin. ana Lib. s.
Cydoneor. exsic.
Zedoariæ ana Unc. iiij.

Calcina in cineres vase clauso; postea adde:

Ciner. Galang. min.
Cinamomi ana Unc. iij.
Caryophyllor.
Cardamom. utriusque.
Nucis Moschat.
Piper. rot. ana Unc. j.

Misc. cum aq. Menthæ vel aliâ specifica fiat l. a. S
spagyricum.

Vires, Usus, Dosis.

VEntriculum frigidum calefaciendo mirè robor
Concoctionem juvat. Nauseam sedat. Præter
ægritudinibus nervorum egregiè confert. Omnes se
sus & ingenium acuit. Dolores capitis sedat. Senes c
rarrhosos sustentat atque Hydropicos juvat. Exhiber
Scrupuli pondere pro unâ vice, plus minusve in vehic
lis specificis morbum propriè respicientibus.

SAL EPATICUM.

℞. *Rad. Agrimoniæ* Lib. ij.
Cichorei
Scorzoneræ ana Lib. j.
Costi amari.
Eryngii
Curcumæ ana Lib. s.
Calami aromat.
Rhapontica ana Unc. iiij.
Herb. Absinthii pont.
Abrotani
Eupatorii
Scolopendr.
Veronicæ

Ep

Epaticæ nob.
Fumariæ
Cuscutæ ana Unc. iij.

Mixta calcinentur in reverberio; postea adde:

Ciner. Rhabarbari
Cassiæ ligneæ ana Unc. js.

Et cum aq. flor. Epatic. alb. vel alia convenienti f. l. a. Sal albissimum.

Vires, Vsus, Dosis.

HEpatis obstructiones, inflationes, & duricies tollit. Scirrhum dissolvit. Cachexiam depellit. Aquæ subter cutem medetur. Icteritiam curat. Colorem corporis fœdum emendat. Menses ciet; nec non urinam, dissipando calculum, promovet. Dosis à Scr. j. ad duos in vehiculis appropriatis.

SAL SPLENETICUM.

℞. *Herb. Absinthii Pont.* Lib. ij.
Card. benedict. Lib. j.
Rorismarin.
Scolopendr.
Veronicæ
Ceterach. ana Lib. s.
Rad. Filicis utriusque.
Calami aromat. ana Unc. iiij.
Cort. Capparum
Tamarisci
Fraxini ana Unc. iij.
Flor. Chamomillæ
Centaur. min.
Genistæ ana Unc. ij.

Fiat omnium cinis, ex quo postea cum supra dictarum herbarum aquis stillatitiis, extrahatur Sal, ut est artis.

Vires, Usus, Dosis.

OMnes Lienis obstructiones, dolores, tumores duricies, aperit, sistit, emollit, atque resolvit. [illegible] nibus quoque & quartanariis mirè confert. Dosis [illegible] mane à Scr. j. ad Drach. s. in aq. scolopendr. vel [illegible] convenienti liquore.

SAL NEPHRITICUM.

℞.	*Rad. Petroselini*	
	Ononidis	ana Lib. [illegible]
	Filipendulæ	
	Verbenæ	ana Lib. [illegible]
	Eryngii	
	Pimpinellæ	ana Lib. s.
	Fabarum exsic.	
	Oss. Mespilorum	ana Unc. [illegible]
	Bac. juniperi	
	Lauri	
	Gran. Alkekeng.	
	Milii Solis	ana Unc. [illegible]
	Herb. Hederæ ter.	
	Veronicæ	
	Equiseti	
	Fumariæ	
	Fragariæ	ana Unc. [illegible]
	Flor. Malvæ arbor.	
	Sambuci	
	Genistæ	ana Unc. [illegible]
	Sem. Lilior. alb.	
	Saxifrag. alb.	

Lapp.

Lappæ major.
Berberis ana Unc. ss.

Calcinentur omnia debito modo & f. l, a. cinis albus; cui adde:

Ciner. Lig. Nephritici
Nucl. Persicorum
Amygd. amar.
Piperis rot.
Galang. min.
Zingib. alb. ana Unc. j.
Nitri præp. Drach. vj.

Misc. & cum aq. pluviali fiat Sal albissimum, ut est artis.

Vires, Usus, Dosis.

CAlculos atterit, arenulas promovet, & iis, qui difficulter mingunt, succurrit. Inde etiam Urinæ tarditatem & dysuriam notham tollit, cæterisq; Renum & Vesicæ offensis mirè opitulatur. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. in aq. Ononidis, Petroselini, Pimpinellæ, Hederæ ter. vel aliâ specificâ.

SAL HYDROPICUM.

℞. *Juniperi totius substantiæ concisæ* Lib. ij.

Rad. Ireos nost.
Sambuci
Artemis. rub.
Ebuli Lib. j.
Vincetoxic.
Acori veri
Curcumæ ana Lib. s.
Herb. Absinthii Pont.
Centaur. min.
Agrimoniæ

Card. bened.
Soldanellæ ana Unc. vj.
Flor. Epaticæ alb.
Sambuci
Genistæ ana Unc. ij.
Sem. Fraxini
Erucæ
Cymini ana Unc. ij.

Mixta calcinentur in reverberio, quoad satis est; p
ea adde:

Ciner. Sarsæ parill. Unc. ij.
Cubebarum
Rhabarbar.
Nuc. Moschat.
Macis ana Unc. j.

Misc. & cum aq. Sambuci f. Sal crystallinum, t
artis.

Vires, Usus, Dosis.

HYdropico cujuscunque speciei, omni aqua exo
rat. Flatus discutit. Terram microcosmicam
mio madore tumentem potenter exsiccat. Cacher
corrigit, & omnes pravos humores exterminat. Do
Scr. j. ad Drach. j. in vehiculis appropriatis.

SAL UTERINUM.

℞. *Rad. Bryoniæ* Lib. ij.
Diptami alb.
Paoniæ ana Lib. j.
Visci quercini
Gran. Chamæactes
Sambuci ana Lib. s.
Herb. Rorismarin.

Me-

Melissæ
Matricariæ
Nepetæ
Pulegii. ana Unc.iiij.

Ex omnibus mixtis f. calcinando cinis; ex quo postea cum aq. *Melissæ*, vel alia appropriata extrahatur Sal candidissimum.

Vires, Usus, Dosis.

OMnes Uteri obstructiones reserat. Convulsiones liberat. Suffocationes & ascensum præcipitat. Menses movet. Sterilitatem aufert & multa alia incommoda tollit. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. in vehiculis appropriatis & specificis.

SAL CARMINATIVUM.

℞. *Herb. Chamomillæ* Lib. ij.
Pulegii
Serpilli
Mentæ crisp.
Anethi ana Lib. j.

Calcinentur ut est artis, & f. l. a. cinis albus; cui adde:

Ciner. Sem. Anisi
Cymini
Carui
Faniculi ana Unc. ij.
Galang. min.
Zingib. alb.
Zedoariæ ana Unc. j.

Misc. & cum aq. Cerefolii f. l. a. Sal splendidissimum.

Vi.

Vires, Vsus, Dosis.

FLatus egregiè discutit. Tormina sanat. Inflatio sedat. Propterea in Iliacâ & Colicâ passione præstat. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. in aq. Carmina nostrâ.

SAL FEBRILE.

℞. *Sal Armoniac. aliquoties sublimati*
Nitri præp.
Card. Benedict.
Absinthii
Centaur. min. ana Unc. j.

Solvantur in aq. Cichorei & f. l. a. Sal crystallinum.

Vires, Vsus, Dosis.

FEbribus omnis generis, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, Hermitritææ &c. sine discrimine, optimum est Alexipyreticon. Offertur à Drach. s. ad Drach. j. tribus vel duabus horis ante accessionem in aq. Centaur. min. vel aliâ specificâ exspectato sudore, declinatione paroxysmi. Eadem dosis iteranda, si prima vel secunda vice non satisfecerit.

ANNOTATIO.

SI quis ex Prædictis compositionibus specificis, sanioribus & secretioribus Spagyris salia, ut vocant Essentialia parare desiderat, Ingeniosè sic procedat:

℞. Herbas simplices vel cum aliis ingredientibus mixtas, & temperatè calidas summeq; arefactas, coque in aqua communi s. a. donec vis omnis, & internaque dulcedo probè fuerit excocta (alias in vanum laboras.) Post ea decoctum aufer per inclinationem, & denuò reducendo ad justam consistentiam mellis, vel Syrupi consistentiam conforma; in loco valde frigido colloca usque dum crystallos concrescendo referat: quos tunc exime, & ab-

aliquoties solvendo, filtrando & coagulando decenter purifica; donec ad usum medicum sint aptissimi. Extrahitur etiam ex succis Herbarum in spissatis Sal elegans & crystallinum, de quo vide Beguinum Lib. 2. c. 17. Et horum salium Essentialium grana tria in usu practico plus valere & efficere scias lector, quam vulgarium illorum, per calcinationem factorum, integrum scrupulum.

SECTIO XIII.

DE

MARMELADIS.

MARMELADA CEPHALICA.

℞.	*Diacydon simpl.*	Unc. iiij.
	Rot. Diamoschi dulc.	
	Diambræ	ana Unc. ij.
	Rad. Pæoniæ cond.	Unc. j.
	Cons. Anthos	Unc. s.
	Nuc. jugland. condit.	No. iij.
	Moschat. in Indiâ condit.	No. j.
	Smaragd. præp.	Drach. j.
	Elæosach. Succini alb. Majoranæ	
	Rorismarin.	ana Scr. j.

Misc. & sine ulteriore additamento f. l. a. Marmelada, quæ detur in scatula.

Vires, Usus, Dosis.

CErebro roborando, & illius simpl. affectibus propugnandis, speciali dote conducit. Feliciter etiam datur Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginosis, Lethargicis, Paralyticis, Tremori & spasmo obnoxiis. Dosis Drach. j. ad Drach. ij. & Unc. s.

MAR-